



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

88 Inuidiæ flammam curare, nec propter inuidos à benefaciendo cessare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM LXXXVIII.

Inuidos non curare.

INVIDIAE FLAMMAM NON CURARE, nec à benefaciendo propter inuidos & maleficos cessare.

Ant. Possen. Bibl. Sel. lib. 1. c. 12.

SCIUNT boni Magistratus, eum, qui alteri invidet, quod est ei Deus largitus, nihil aliud quam à Deo iudicium improbare, & distributionem munerum illius condemnare. (Tamen nihil est quod queri quisquam possit de Deo. An non erat ille tecum egit prolixè? aliquos supra te videt? quanto plures infra te?) Et quia res altas & cherrimas morfu appetit liuor; sceda, & iactantia prætermittit illæsa. Vnde Themistocles rogatus, an præclara sibi iam videretur agere? Respondit, inquit, *nam inuidos non habeo*. Prudentes sibi indignantur accidere, quod omnibus accidit. Nec à Deo contendunt impetrare, quod eo Patre Filius non impetrauit vnicus, & contra nos, vt in suo mundo deessent sibi calumniantes & maleuoli, qui diuina illius opera in partem pessimam raperent. Seruus nequam ex se (communi sorte) non potest solui domi, in qua filius domi suæ tenebatur.

1. Salomon Prou. 14. inuidiam vocat putredinem ossium.

2. Agis primus, dicente aliquo, nonnulli inuidere, geminam igitur, inquit, habebam invidiam, quos & sua ipsorum mala discruciantur, tum meis, tum amicorum meorum bonis torquentur. Magnifica vox, declarans eos, quos habere

india, magis esse misericordia dignos, quam ira: propterea quod inuidus abunde dat poenarum, etiam si nemo vlciscatur. Horat.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

3. *Alexander* dicebat inuidos esse proprii & corporis & animi tormenta. Curt. lib. 8. *At multi patientia & recte factis superandi sunt.*

Aude animo inuidiam contemnere, non nocet illi

Quem petit, auctori sed nocet illa suo.

Thucyd. lib. 2. hist. ait: Qui maximarum rerum gratia suscipit inuidiam, is recte sibi confutit: odium enim non diu durat; sed & praesens splendor, & gloria in posterum perpetuo celebranda relinquuntur.

SIGNVM LXXXIX.

IRAM FRAENARE, ET COHIBERE, vincere, domare, ac ratione superare.

Iram frenare.

IRA potest coerceri. Si illi nascenti resistatur: ut enim ignem exstinguit, qui materiam ei non suggerit; ita & praecauet, & arcet iram, qui eam initio non alit, neque sese inflat.

1. Si cogitatur, quod ira correpti mutent faciem, colore, incessum, vocem, ut irascenti alicui speculum offerretur rectius, quam nonnullis, quibus vbi lauerint offerri solet, quo deformitatem suam videret. *Vide de calumnia, Mansuetudine, & Aff. Tibas.*

3. Si lingua contineatur, ne iracundia quadam exasperata atque inquinata in dicta absurda erumpat,

Ll 3 pat,